

dominica pacem. Ecce proferuntur euāgelia, legimus quā diffunditur ecclesia. Disputatur C
 contrā, & dicitur nobis, traditores. Cuius rei traditores? Christus commēdat ecclesiā suam,
 & non credis, ego tibi crediturus sum maledicenti parentibus meis, uis ut credam tibi de tra-
 ditoribus? Crede tu prius Christo. Quid est dignū, Christus deus est, tu homo? Cui prius
 debet credi? Christus ecclesiam suam toto orbe diffudit. Ego dico, contemne. Euangelium
Luc. 24 loquitur, caue. Quid dicit euangelium? Oportebat pati Christum, & resurgere à mortuis
 die tertia, & prædicari in nomine eius pœnitentiā, & remissionē peccatorum. Vbi remissio
Matth. 16 peccatorum, ecclesia est. Quomodo ecclesia? Illi enim dictum est, Tibi dabo clauēs regni
 cœlorū, & quæ solueris in terra, soluta erunt & in cœlis: & quæ ligaueris in terra, ligata erunt
 & in cœlis. Quā diffunditur ista remissio peccatorū? Per omnes gentes, incipiētes ab Hieru-
 salem. Ecce crede Christo. Sed quia intelligis si credideris Christo, nō te habere quod dicas
 de traditoribus: tibi uis ut credā parētibus meis maledicēti, q̄ tu credas Christo præstāti.

Videtur deesse finis.

AD LECTOREM.

NON uidetur Augustini, quanquam opus lectu dignum. Sunt quædam humiliora quæ non
 annotasset Augustinus, & interdum in eadem pagina repetitur iisdem uerbis eadem sententiā. Po-
 stremo qui cōuenit, ut de rebus tā obscuris tanta breuitate loqueretur apud populum? Videntur
 annotatiunculæ à studioso quopiam collectæ, quas aliquis uertit in homilias, assutis in initio ac
 fine uerbis aliquot frigidis. In medio nulla concionis appellatio.

EXPOSITIONIS IN APO

CALYPSIM BEATI IOANNIS HOMILIA I.



D
 N LECTI ONEM reuelationis beati Ioānis apostoli fratres cha-
 rissimi animaduertimus, & secundū anagogen hoc domino largi-
 ente explanare curauimus, quia reuelatio Iesu Christi nostris auri-
 bus panditur, ut arcana cœlestia nostris cordibus manifestentur.
 Apocalypsis Iesu Christi quā dedit illi deus palām facere seruis
 suis, id est, manifestare: Quæ oportet fieri cito, significās, hoc est
 ostendens, Seruo suo Ioanni, Ioannes dei gratia interpretatur,
 Scribens septem ecclesijs, quæ sunt in Asia, Asia elatio interpreta-
 tur, & genus humanum figuratur. Istæ septem ecclesiæ & septem candelabra, hoc solerter
 intuentum est, quia septiformis gratia est quæ data est à deo per Iesum Christum domi-
 num nostrum nobis generi humano, qui credidimus, quia & ipse pollicitus est nobis mitte-
 rere spiritum paracletum de cœlis, quē & apostolis misit qui in Asia esse uidebātur, hoc est,
 in elato mundo, ubi & septiformem gratiā septem ecclesijs nobis per seruum suū Ioannem
 donauit. Gratia uobis & pax multiplicetur à deo patre & à filio hominis: id est Christo.
 Siue autē filius hominis, siue septem candelabra, siue septem stellæ, ecclesia intelligitur cum
 capite suo Christo: quod autem ait, Inter mammillas zona aurea erat ille præcinctus,
 Christum dominum præfigurabat. Duas mammillas, duo testamenta intellige, quæ de pe-
 ctore domini saluatoris tanq̄ de perenni fonte accipiunt, unde Christianum populum nu-
 triāt ad uitā æternam. Zona uero aurea, chorus est, siue multitudo sanctorum. Sicut enim
 de cingulo pectus stringitur, ita sanctorū multitudo Christo adhæret, & uelut duas mam-
 millas duo testamenta complectitur, ut ex ipsis uelut de sanctis uberibus nutriantur. Ca-
 put, inquit, eius & capilli sicut lana alba & nix. Capillos albos multitudinem alborum,
 id est, neophytorum ex baptismo prodeuntium dicit. Lanam dixit, quia oues Christi sunt.
 Niuem dixit, quia sicut nix de cœlo ultro descendit, ita & gratia baptismi nullis præceden-
 tibus